



Henrici Cuickii Ruraemundensis Ad Mauritium Comitem Nassavium paraenetica epistola

<https://hdl.handle.net/1874/9417>

HENRICI CVICKII
RVRÆ MVNDENSIS
Ecclesiæ Episcopi

AD

M AVRITIVM COMITEM
NASSAVIVM

PARAENETIC^A
EPISTOLA.



LOVANII,
APVD IOANNEM MASIVM,
M. D. XCIX.

Ista Reuerendissimi Domini Henrici Cuyckij Rur
mundensis Episcopi ad Mauritium Comitem
Parænetica, quod omnium reformatæ, aut verius
deformatæ dixerim, Religionis hominum vanitatem
manifestè solideq; coarguat, digna est quæ ad multo
rum instructionem euulgetur. Pridie Calend. Aprilis.
Anno Dn. nostri 1599.

Guiliel Fabri cius Apostolicus ac
Regius librorum Censor.

LECTORI.



Erissima illa B. Leonis sententia est: Leo ser
 Non in solo opere virtutum, sed et ne s. de
 iam in tremite fidei, angustam & tali Don
 arduam esse viam quae dicit ad vi
 tam: & magni laboris esse magni qz
 discriminus, inter dubias imperito
 rum opiniones & verisimiles falsi
 tates, per unam sana doctrina semit am inoffensis semper
 gressibus ambulare: & cum vndeque se laquei erroris opa
 ponant, omne periculum deceptionis euadere. Ad hec ma
 xime tempora referri hoc potest: quando nō vnu, sed mul
 ti plex deuictum error est. Calvinum alij, alij Lutherum,
 alij Mennonem sequuntur: & horum Secta in plures alias
 dissectae sunt. Sed quemadmodū in erroribus ipsis gradus
 quidam reperiuntur; vt à veritatis doctrina aliis alio re
 motior sit; ita errantes quoq; homines non in pari semper
 offensionis gradu collocandi sunt. Id quod acris illa Chri
 sti ad Bethsaïdam, Cœr Zaim, & Capharnaum dicta ob
 iurgatio coarguit: Si in Tyro & Sidone factæ essent vir
 tes quæ factæ sunt in vobis, olim in cinere & cilicio pœ
 nitentiam egissent. Veruntamen dico vobis; Tyro, Sidoni,
 & terra Sodon orum remissione erit in die iudicij quæ vob
 is. Etsi ergo non sit abbreviata manus Domini ut neque at
 saluare; & possit ille induratissimos quosque ad lucem ve
 ritatis adducere, qui de lapidibus suscitare potest filios A
 brabæ; facilior tamen prioniorque illorum reuocatio est,
 qui nescientes, & à prava seducti institutione in labyrin
 thum erroris ingressi, ideo in errore perseverant, quæ du
 cem nullum habent, qui deuios errantes qz commonstrata
 audeat veritatis, reducas. Eiusmodi virum aliquem sape

Math. iii.

LECTOR I.

numero optauit, qui Mauritio Nassaui, ignoranter in errorem abducto, ducatum praberet; ac è tenebris illis Calunia fuit, quibus praestriktos oculos habere diciter, ed catholicæ veritatis lucem educeret. Quod cum à neamine ha-
cenus tentatum audissim, & hanc, quam epistola prodit, nactu fuisse occasionem; putavi à me pratermiti non debuisse. Optatum tamen fructum mihi nec arrego nec promitto: sed oro misericordem Dominum, qui nos de tenebris regnauit in admirabile lumen suum; ut suæ lucis radios in Mauritium, & eos omnes qui à luce veritatis sedu-
cti, hanc letitiae sunt epistolam, diffundat: maximè vero in illos qui per Geldriam, Hollandiam, Fruiniciam Ultra-
iectinam, Transselianam, Friesiam, Zelandiam, in perfidia heretica vel, nati sunt; vel civili hec durante bello, ad-
oleuerunt. Nam et si nullus sit desperata salut; horum tamen ut excusabilior est error, ita facilior quoque est ab errore redire. Sed qui in catholicæ baptizati Ecclesia,
& catholicæ sciei fide imbuti, verbum veritatis audiue-
runt; & è nobis egressi, tenebras dilexerunt magis quam lucem; illi aut redeunt rarissime, aut non nisi resipiscere se fingunt: & mox contrario impulsu vento, in suas tenebras reueluuntur. Huc ergo meum studium in hac Parænetica epistola respexit: quam soli ante Mauritio Comiti scri-
ptam, missamq; amicorum hortatu, in lucem prefero: ut
fructus quem inde exspecto, Deo largiente, ad plus
res possit dimanare.

EPI-

EPISTOLA.



ÆPE antehac, Illustris ac generose
Comes scribere ad te, & de ijs rebus
instruere volui, quæ ad æternâ tuâ
pertinent salutem: sed duo me remo-
rabantur, alterum quod scribendi
deesset occasio; alterum, quod ambigerem, an à
Sacerdote catholico scriptam, missamq; epistolâ,
lectione dignareris. Sed iam nactus occasionem,
vt de altero non diffidam, facit, humani-
tatis tuæ, multorum ore deprædicata opinio.
Arrepto igitur calamo, & illa seposita dubi-
tatione, ad exarandam Latinam hanc epistolam
(quod Latinè callere te intelligam) me contuli;
cum ea fiducia, quod quæ ab animo candido, tui-
que lucrandi studio epistola scribitur, hoc sal-
tem merebitur apud Celsitudinem tuam vt
inspiciatur, legaturq;: fortasse etiam, vt cum seria
ruminatio, secundò ac tertio lectio repetatur.
Scribendi occasionem primo loco aperiam, dein
de rem ipsam aggrediar. Audio in manus tuas,
quasdam meas nuper hinc Grauia missas venisse
literas; quibus inter alia scribebam, sperare me,
Neomagensem ciuitatem suo Principi propediē
reddendam esse: & hoc me vehementer optare; vt
quæ illic conculcata iacet catholica religio, mini-
sterio nostro possit redintegrari. Quod ubi Ta.
Cels. legisset, dicebaris excanduisse: & cum deinde
à Ruremundensi Episcopo scriptas illas literas co-
gnouisses, quasi ira percitus dixisse, quod in crucem
Neomagi me acturus essem. Hęcine iusta tantq;

P A R A E N E T I C A

fensionis causa tibi videtur? An non licet Episcopo optare, ut commendatis sibi à Deo ouibus quæ à veris, & salutaribus pascuis deuiauerunt veri Pastoris officium posuit præstare? Si licuit Ordinibus istis, male profecto vnitis & confederatis, alienum inuadere; & Neomagum, quæ ducis Geldriæ ciuitas est, aliaq; loca, sui Principis imperio subducere, & ad indebitam cogere obedientiam. Si Venlonam quoq; ex insidijs nuper tentare & aggredi: si Tuæ etiam Cels. superiore anno optare licuit, quod vniuersū superioris Geldriæ tractum cum Grauiensi oppido in tuam redactus estes potestatē mihi nō licebit, sperare & optare, ut Neomagum (quod dicēcēsis nostræ pars vna est) suo legitimo Principi, & Ecclesiæ Catholicæ, cui subtractum est, restituatur? Hoccine tantum, & tāto supplicio dignum crimen? Non licuit ergo mihi dolere tot animas Neomagenles, Christi sanguine redemptas; sed ab huius temporis Nouatoribus seduētas, in perniciem indies ruerre? Nōnne in me ille erga Neomagenses meos, atque vtinā meos, & omnes mihi creditas animas zelus esse deberet, vt si vita, & sanguine meo salutem illarum redimere possem, absq; cunctatione facerem? Sed in me ego nec meritum nec robur martyrij agnotco: & scio non nisi à diuina dignatione exspectari oportere. Et si Celsitudinē tuā propter illud à me declaratū desiderium (quod tantopere te offendit) contingere (suæ oblitam clementiæ) aliquid in me seuerius statuere vel animaduertere, non aliud dicturus essem, quam quod sextus ille inter Machabæos fratres ad Tyrannos

tannum dicebat: Noli frustra errare: Nos enim propter nosmetipso hæc patimur peccantes in Deum nostrum, & digna admiratione facta sunt in nobis: Tu autem ne existimes tibi impune futurum quod contra Deum pugnare tentaueris. Quid ni ergo deplorem Neomagense illud, ab annis aliquot illatum, & huc usque perdurans sacrosanctæ religionis excidium? Saxeus ille, & ferreus, plane, que occæcatus, qui hoc animarum dispendium nesciat æstimare, & nesciat deflere Vi & armis, ea res procurata est: Scio: sed quo iure? Quo etiam iure cedere iussa fides illa auita, quæ tot annorum centurijs illæsa illic steterat, & inuiolata? In ipsis altaribus Neomagensibus reperta sunt literarum monumenta; è quibus illorum consecratio, ad septingentos usque annos referri potuit. Vbi tunc erat nouatorum huius temporis perfidia? Vbi Lutherana, Caluiniana, Mennonistica aut (sicut noua, & haec tenus inusitata nomenclatura nunc vocitant) vbi reformata tunc erat religio? Et quoniam mutata hæc nuncupatio? Cur nunc erubescunt appellari nominibus progenitorum suorum Lutheri, Caluini, Svvinglij, Mennonis? si religio ista reformata est, à quo alio, si non ab illis autoribus reformatio illa processit? Quomodo ergo tanquam ingratifilij, Pseudoapostolorum suorum titulos, in quibus antea gloriabantur, nunc refugiunt? Sed quid? reformatæ religio potest? Non nego equidem religionem & fidem antiquari in ijs, in quibus emortua est & viuis destituta operibus: & quanto vicinus ad seculi consummationem acceditur, tanto ma-
 2. Macha

gis semper contabescet, & rarescet ea, quam Apostolus per dilectionem operantem vocat fidē: eo népe tēpore, quando abundabit iniquitas, & multorū refrigerescet caritas: vt non immeritō à Christo in Euangelio sit dictum, Cūm venerit filius hominis, putas inueniet fidem super terram? id quod non de qualibet, sed de viua tantummodo fide intelligi debere (cuius longè maxima illo

august. epist. tempore raritas erit) B. Augustinus edocuit. At
S. & de rni- fides in seipsa, vna eademq; semper secundum o-
se eccl. c. 15. mnes sui partes, nec additione aliqua accrescere,

nec detractione diminui potest. Talem igitur re-
formationem, qualem isti fingunt reformatores
(qui multa ex his quæ ad fidē pertinere antiqui-
tas semper docuit & credidit, à fidei integritate
detruncāt) fidei vnitatis repudiat Specioso igitur,

Matth. 7. sed prorsus vano, ac mendaci reformationis titu-
lo, tanquam externo ouium indumento se vesti-
unt; sed intrinsecus sunt lupi rapaces, qui à catho-
lica, & orthodoxa fide hoc tempore recedunt: id-
que eo cōsilio faciunt, ne putentur nouitiam ad-
ferre fidem; si eam doceant, quæ à Caluino, Lu-
thero aut Mennone nomen accepit: tum etiam
quod videant illos ipsos falsitatis Antesignanos
ac Duces, non solū mutuis inter se opinionibus,
atq; odijs conflictari, sed cum seipsis etiam dissili-
dere. Si ergo (vt ad Neomagenses nostros redea-
mus) Orthodoxa, & catholica fides, ultra septen-
gentos, & amplius annos, constanter illic funda-
ta, & credita fuit; quo iure à nouitia, & nuper na-
ta fide, quæ centesimum nondum suæ ætatis an-
num attigit, profligari potuit? nā talis ea est, quæ,

pro-

proscripta fide Catholica, Neomagi nunc annun-
ciatur. Proferantur libri, monumenta, scripta
Doctorum qui reformatam istam religionem ante
annos centum, verbo, aut scripto tradiderunt.
Ante ducentos trecentos, quadringentos, sexcen-
tos annos nihil de ea erat auditum: quantoq; al-
tius ascenditur, tanto est ignotior. Nostræ vero
religionis per singulas annorum centurias, ab eo
tempore quo Christus primum hic agnitus, &
prædicatus fuit, documenta & testimonia nos
proferimus: altaria, Ecclesiæ, Missarum usum,
Missarum fundationes innumeras, scriptores fa-
cros, profanos, sacerdotes, & Episcopes quos ab
illo tempore non interrupta serie deducimus, quo
Neomagi, Ultraiecti, per vniuersam Frisiæ, &
Hollandiam, Christi Euangeliū primum est
annuntiatum: hoc est ab eo tempore, quo Belga-
rū Apostoli Vilibordus, Zividbertus, Acca,
VVigbertus, Vilibaldus, Viniboldus Lebu-
inus. duo Evvaldi, VVerēfridus, Marcellinus, &
Adalbertus; duodecim scilicet Dominici gregis
arietes, ad Christum hic prædicandum (vti Beda
scribit) missi, & ante illos Lambertus, & Huber-
tus, VViro quoq; Plechelmus, Otgerus & alij non
pauci, omnes à Romana, & Apostolica sede acce-
pta autoritate, superstitione gentilitia, & idolola-
trica submota, Christi fidem & verā Euangeliū
lucem Hollandis, Geldris, Frisonibus, Trantise-
ianis, Traiectensibus, Brabantis, & Zelandis intu-
lerunt. Dicant iā Nouatores, & reformatores isti,
an verum fuerit illud Euāgeliū, & vera Christi
fides, quæ per Episcopos, & Sacerdotes illos præ-
dica.

Beda lib 5
fo cap 10.
en 23. or 4.
3. cap. 27.

dicata est, an non fuerit? Si non fuit vera fides, designenter ergo tempus illud, quo & per quos vera Christi fides Belgio primum illuxit: an vero nuper demum Christi verū Euangelium hic annunciarī cæptum, quando Lutheranorū, Calvinianorum, & Mennonistarum magistri, suarū opinionum inonstra disseminare cēperunt. Si ab illis autoribus Christi fides primum allata est, & eo vsq; Belgium à vera Christi fide alienum fuit, proferat & illi suos autores, à quibus vele docti, vel legitimè missi fuerunt. Si ante Lutherum in Saxonia, vbi Sanctus Episcopus Lutgerus, Christū ante octingentos annos prædicauit, nulla fuit vera Christi fides (eademq; Genevæ de Caluino ratio est) vnde ergo illi, & à quo missi? quando utroq; in loco Catholici antea Episcopi præsiderbant, quos illi legitimos & veros Christi ministros negant suis? Quomodo ergo vel vnde docendi autoritas in Lutherum, & Calvinum poterat deriuari, si nō erat ibi vera Christi fides & vera Ecclesia? Sibi ergo autoritatem illam arrogauerunt, & quadrat in eos illud Prophetæ. Current, & ego non mittebam eos. Omnis potestas palam docendi, & prædicandi, visibiliter semper ab aliquo collata est, & conferri debet in eos, qui palā, & publicè sunt docturi: vsque adeo, vt Christus ipse, Apostolis suis impartiri volens facultatem remittendi peccata, insufflauerit in eos, dicens: Accipite Spiritum sanctum, quorum remissitis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Rursus docendi & baptizandi eis conferens potestatem, disertè dixit; Eun-

tes docete omnes gentes , baptizantes eos in no- *Math. 28*
 mine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Quid? Quod
 ipse Christus, et si inuisibiliter in sua incarnatione
 vñctus à Patre & Spiritu sancto, prædicādi ta-
 men munus non prius aggredi voluit, quam ex-
 terno signo, & voce, à Patre, & Spiritu sancto mis-
 sus esset, cælo patefacto, & Spiritus sancto in signo *Math. 3* e
 columbae in eum illabente , ac Deo Patre confe-
 stante quod filius eius esset, quem audiri oporten-
 ret. Sed & illud ab omni ratione alienū meritò vi-
 deri debet, quod dicatur, nullam hic vcrā Christi
 fidem, nullam veram Ecclesiā fuisse , ab illo ma-
 xime tempore, posteaquā à paganismo , & impio
 deorum cultu, ad veri, ac viui vnus Dei cultum,
 omnis hæc Regio est conuersa ; & Christus vbiq;
 locorū agnitus & prædicatus fuit. Aui igitur no-
 stri, proaui, ataui, & maiores omnes vsq; ad mille
 annos , et si à paganismo declinauerint, à Christo
 tamen eiusq; Ecclesia catholica alieni omnes fue-
 runt, & omnes ad gehennam condemnati sunt.
 Sed vix mihi persuadeo Nouatores & Reforma-
 tores istos rem à vero tam abhorrentem asser-
 tuoso esse. Audio tamen non deesse apud illos, qui
 maiores nostros asserant non fuisse salutis exor-
 tes; sed tanquam vnico hic talento ditatos, non
 nisi modicam quoq; remunerationem assescutos
 esse. Dici hoc nequit. Aut enim veram & plenam
 Christi fidem in vera Christi Ecclesia tenuerūt,
 aut non tenuerunt. Si non tenuerunt, & non fuit
 illa vera Christi fides, quæ per Episcopos & Sa-
 credotes, proiecto idolorum cultu inuecta & huc
 usque conseruata fuit, quam maiores nostri om-

Ephes. 4.
Hebr. 11.

nes ab anno 900. profesiū sūt, omnes igitur in gehenna colloquendi; cūm non nisi vnicā sit vera fides, si Apostolo creditur; & sine fide placere Deo idem ille Apostolus dicat esse impossibile. Si autem vera fuit illa fides quæ ab initio prædicata, & prioribus seculis à progenitoribus nostris credita semper fuit, Episcopi igitur & Sacerdotes, Christianæ fidei satores hic fuerunt, illi nempe quos antea nō nominauimus, eorumq; successores, qui eandem illam fidem continua serie, ac adhuc usq; tempora perduxerunt: sicut ē Traiectensi, Leodensi, Coloniensi, Monasterensi ac alijs Episcopalibus sedibus, & his qui ordine in illis se derunt, meridiana luce clarius demonstrari potest. Quæ, per tot annorum spatiā à primis illis Christianæ fidei satoribus accepta & indisruptè retenta vnius eiusdemq; religionis continuatio, nulla sui parte truncata, vitiata, aut mutilata, lōgè maximum ad veracis fidei comprobandā certitudinem habet momentum: quando ij omnes, qui post VVilibordum, Lutgerum, Lambertū, in Ecclesia Belgica secuti sunt Episcopi, & sacerdotes, ijsdē quibus illi vestigijs insistentes, prædicando, pascendo, sacrificando, & sacramenta ministrando, illam ipsam Christi religionē, summa fide incōcussam semper & tenuerunt, & tradiderunt. Non ignoro Reformatores istos, vt suæ reformationis titulū defendāt, dicere solere, Christi fidem hic quidem fuisse plantatam, sed à sua puritate declinasse, & proinde redintegrari debuisse: & cū definire tempus illud nequeant quo defectio illa fuit introducta; sensim aiunt eā in ual-

valuisse Dicant ergo vbinam illo tempore, quo
fidei puritas labefactata est, doctrina illa fuerit,
quā vel Caluinus, vel Lutherus introduxerunt?
Vbinā erat doctrina Caluinī, cū prædicante Lu-
thero, nondum à catholica fide defecisset Calui-
nus? Dicēt (scio) non fuisse, qui ita, vt Caluinus
sentirent, & crederent, sed latuisse. Si latuerunt,
vnde sciri potest extitisse? Nam quod latet, hoc i-
pso quo latet, ignotum est; & tanquam nō sit, ha-
bendum, donec proditū, detectumq; fuerit. Di-
cant ergo Lutherus & Caluinus, in quibus angu-
lis & latibulis suas doctrinas inuenerint, aut vnde
cas extraxerint. Non enim sufficit dicere, atq; af-
ferere doctrinas illas aliquādo traditas creditasq;
fuisse: sed demonstrandū hoc est, vt fides verbo
habeatur. Omnibus hoc æquè promptū est dice-
re: nec his tantum qui nunc prodierunt hereticis,
aut seculis prioribus nos anteceslerūt; sed omni-
bus etiam qui post aliquando sunt secuturi, quā-
cumque tandem adferant doctrinam, affirmare
hoc, non erit difficile, sed difficile & impossibile
erit adstruere ac demonstrare. Si Caluinus vel
Caluinianus quispiā, suam antea perfidiā extitif-
fe, sed latuisse dicat; idemq; afferat, & Lutherani,
affirment quoq; Mennonistæ: si Lutherano non
habeat fidem Caluinista, nec huic Mennonista,
cur vni præ alio dicenti tantūm, sed non adstru-
enti, fides adhibēda? Temerarium igitur est hoc
fuisse aliquando afferere, cuius nullum extet ve-
stigium, & quod fuisse nequeat demonstrari. Nos
fuisse negamus: qui fuisse aiunt, illis probādi ne-
cessitas incumbit: quod nunquā poterunt, si latu-
isse

isse semper dicant suam doctrinam, nec sciant, vbi, vel apud quos abscondita latuerit; ac proinde quod fuerit, quemadmodum penitus ignorant, ita neq; ostendere, aut testatum facere possunt. Et quomodo possent? Quidquid fuit Lutheranicæ, Caluinisticæ aut Mennonisticæ perfidiæ, ante exortos illos falsitatis magistros, à quibus nuncupatio illa processit, apud mortales nec auditū, nec creditum fuit; sed apud tenebrarum Principem, tantisper afferuatum; donec magistri illi, non ab alio quam à dæmone ipso edocti, & missi, non è latibulis, vel angulis mudi huius (quos designare nequeunt) sed ex officina diaboli, in qua hæreses omnes ceduntur, nouitias illas doctrinas in mudum proficerent. Si ergo illi incognitas, & ab omni non hominū tantum, sed seculorum etiam omnium à Christo decursum memoria inauditas, & inter se dissidentes adserunt doctrinas, non est cur auditii debeat, nec est cur se Apostolicam tradere doctrinam iactitent. Apostolica, & vera Christi fides non ab ipsis tantum Apostolis tradi debuit; sed in Ecclesia quæ columna est, & firmamentum veritatis inde buc vsq;, & vsq; ad seculi consummationē, traditione continua perseverare: nec latere in angulis specubus, aut speluncis: sed palā semper doceri ijs in locis vbi catholica viget & perfeuerat religio: id quod in religione nostra & doctrina catholica, semper ad eum modum fuisse, testimonij clarissimis, à nostri ordinis hominibus, Episcopis & Sacerdotibus certissime clarissimeq; comprobamus. Sed hic rursum fortasse dicturi aduersarij: verā quidē apud maio-

maiōres nostros, sed rudem mutilam, & imper-
fectam adhuc extitisse fidem: ab huius vero tem-
poris Magistris & Nouatoribus perfici debuisse:
quemadmodum sub lege veteri, multorum erat
implicita fides: & hoc ipso quoq; nouę legis tem-
pore, multos inuenias rudiores Christianos; & il-
los in primis qui apud barbaras gentes, aut schif-
maticos Græcos degunt; qui etli multarum rerū
quæ ad fidē pertinent ignorantia laborent, non
sint tamen alieni à fide reputandi, si desit perti-
nacia, semperq; parati sint diffusiorē pleniorem
que de fide instructionem admittere. Ad eundē
modum huius æui hæretici, maiorū nostrorū i-
gnorantiā excusabilem fuisse aiūt, priusquā Cal-
uinianæ, Anabaptisticæ aut Lutheranicæ doctri-
næ veritas mortalibus illuxisset; sed inexcusabile
esse pertinaciam nostrā, & nostros nobis errores
(quos ipsi tales reputant) futuros exitiales, si à Lu-
theranicæ, Caluinianæ aut Anabaptisticæ doctri-
næ Magistris prædicatā veritatis lucem, scientes
volentesq; auersamur ac repudiamus. Quid dici
arrogatius posset? Illi ipsi qui illuminati, qui vi-
dentes, qui euangelici dici volunt, de luce verita-
tis euangelicæ inter se conflictantur: nec addunt
lucē Majorum doctrinæ; sed ponunt tenebras lu-
cem & lucem tenebras: nec dici possunt perficere
aut illustrare id quod à prisci temporis homini-
bus doctū creditumq; fuit; quum ē diametro pu-
gnantia doceant, & auitam ac pristinam fidē pe-
nitus subruant atq; subuertant. Missæ sacrificiū,
quod à temporibus Apostolorum pro viuis &
defunctis oblatum semper fuisse, ab omnium æ-
tatū

tatum ac temporum monumentis ostenditur; &
ad hunc usum ab ipso Christo in cena nouissima
fuisse institutum, catholica semper docuit & credi-
dit Ecclesia: id vero huius temporis negant heretici.
Infantes omnes, etiam a Christianis natos pa-
rentibus, nasci originali infectos peccato, catho-
lica quoque semper docuit Ecclesia: Hi, contra quos
agimus, heretici negant. Exorcismos, insufflationes,
& ab renunciationem, baptismi esse premit-
tendae; & sub ieiendum sacri oleiunctionem sem-
per docuerunt catholici: negant heretici. Confirmationem, esse a Christo institutum sacramentum,
in Ecclesia catholica creditum semper suit: ne-
gant heretici. In sacrosancta Eucharistia esse ip-
fissimum Christi corpus & sanguinem, vetus sem-
per Ecclesia credidit: negant heretici. Satisfactio-
rias penas ad delenda lapsorum peccata adhibe-
das esse, easque per Indulgencias relaxari, prisa Ec-
clesia ad haec usque tempora docuit: negant heretici
Virginem Deiparam & sanctos omnes ad au-
xiliu recte inuocari, Ecclesia catholica perpetuo
docuit, eosque semper inuocauit: repugnant & im-
probant heretici. Sanctae crucis, ipsius Christi,
Virginis Mariæ, & diuorum omnium imagines re-
cte retineri & obseruari, perpetuus Ecclesiæ ca-
tholicæ usus edocuit; testantur innumeri Marty-
res, qui pro cultu sanctorum imaginum morte ob-
ierunt, & veterum omnium scripta confirmant:
negant Iconomachi & omnes huius æras heretici.
Quadragesimam, ex Apostolica institutione
ieiunandam esse, ad haec usque tempora, ChristiEc-
clesia docuit: negant heretici. Purgari fidelium

animas

animas post hanc vitam à peccatis illis & peccatorum reliquijs, pro quibus in hac vita satisfactū non est; & ad expiationem illam viuorū suffragijs mortuos iuuari, catholica Ecclesia semper tenuit & testantur innumeræ, in hunc usum ubiq; locorum reliqtæ fundationes: negant hæretici. Virginitatem coniugio potiore esse, semper Ecclesia Christi docuit: negant hæretici. Possibilem esse mandatorum Dei obseruationem; possibilē quoq; castam ac cœlibem vitam, Ecclesia à Christo edocta semper credidit: negant hæretici. Non illos tantum qui matrimonio iungi volunt, sed & digamos à Sacerdotio & Episcopatu ex Apostolica doctrina repulso semper fuisse, & repellere debere, hactenus docuit catholica Ecclesia: negat hæretici. Peccare illos in fidem qua' deuincti sunt Deo, qui post continentia votum ad nuptias cōuertitur, Apostolus Paulus, & post illum Ecclesia vniuersa constanter docuit: negant Lutherus, Caluinus, Bucerus, Carolostadius, Brentius, & tota votifragorum, monachorum & sacerdotū caterua. Symbolum Apostolorum tanquam ab ipsis conditum Apostolis, recipiendū ac retinendū esse, huc usq; docuit Ecclesia vniuersa: negat in magno suo Catechismo Brentius, & in suis institutionibus Caluinus. Non ergo imperfecta illa maiorum nostrorum fides; hæc, hæreticorum perfecta dici potest: nec hæc illa illustrat; sed destruit atq; euertit. Quid aliud impudēs illa Caluini innuit assertio, qua scribit, Ecclesiam veterem mox à temporibus Apostolorum in varios fuisse errores abreptam? Sierronea fuit illorum si-

des, qui per tot annorum ceterias, proximè post Apostolos sunt consecuti; nō ergo fides, sed perfidia dici debuit: non fides imperfecta, sed nulla fides. Fidei integritas suis numeris & partibus omnibus debet constare: si vel unum cum pertinacia demas ac detrahas articulum, labascit ac cōcidit fidei ratio & in perfidiam vertitur. Tenebræ igitur operuerunt vniuersam terrā, & caligo vniuersas Christianorum prouincias: & fuit semper cæcutiens Ecclesia Christi; donec hi Novatores nouam lucem in Christianismum inferrent. Quotquot igitur priscis temporibus, initio facto ab utroq; Clemente, à Polycarpo, Ignatio, Dionysio, Irinæo, Iustino, Cypriano, Basilio, Chrysostomo, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, & his qui ex ordine sunt secuti, suorum operum monumētis crediti sunt illustrasse Christi Ecclesiā, tanquam cæci & cæcorū duces omnes habendi: qui in illis perfidiæ tenebris ducatū alijs præbentes, seipsoſ vīacum illis in foueam damnationis præcipitauerint. Quis non videat vanā impiam & iactabundā huius temporis hereticoruſ philautiam & arrogantissimam præsumptionē? qui dum nouam lucem orbi pollicentur, non aliud quam sicut satanici quidam spiritus, in angelos lucis se transformant nec addunt ad eam fidei lucem quæ in Ecclesia prædicata semper fuit; sed caligine suæ perfidiæ eam obfuscant: dissentientē à nobis docentes doctrinam: nec à nobis tantum, sed cum ea quoq; pugnantem quæ antiquitus in Ecclesia catholica credita semper fuit; ab illis doctrina & traditione continua cōseruata, qui ab Aposto-

Iis huc usque tanquam splendor firmamenti, & quasi stelle in perpetuas fulserunt æternitates. In hoc numero, iam antea in Belgio coruscasse diximus VVilibordum, VVyronem, Plechelmū a-
liosq; Episcopos. Sacerdotes, Diaconos, & Mona-
chos, qui tanquam Patres fidei nostræ in Christo
per verū éius Euangelium nos genuerunt; cōsen-
tientē cum vniuersa Ecclesia catholica doctrinę
Iucem in has Germanię in serioris prouincias in-
ferentes cui hæc è directo aduersatur quā huius
temporis docet hæretici. Vos igitur qui in vnitatis
istis, vel (quod rectius dixeritis) perduellib⁹ pro-
vincijs castis Episcopis & Sacerdotibus reiectis,
illos nunc cūdissimè auditis & quæreritis, qui sei-
p̄sos vel à sacerdotij gradu deiecerunt, vel depo-
suerunt monachatum; à semitis antiquis degene-
rantes, pro luce tenebras apprehenditis; illorum
vos subijcientes magisterio, quos vniuersa sem-
per damnavit Antiquitas; & qui tanquam propu-
dia & reiectamēta hominū extra proborū cōfor-
tia propter irreligiosam & impiissimam apostas-
sim suā projici atq; arceri merentur. Audiendi
ili qui cum Apostolis Belgij in adepti lēmel Epi-
scopatus ac sacerdotij gradibus perseverantes eā-
dem omni ex parte prædicant fidem, quæ cum
Christianismo ipso in has regiones est introdu-
cta. Quantū enim momenti illa doctrinæ conti-
nuatio, & successio habeat ad veracis doctrinę te-
stificationē & ratio ipsa conuincit, & nos ex B.
Augustini doctrina, paulo inferius cōmonstra-
turi sumus. Quæcunq; à Deo sunt, ordinata sunt
(ait Apostolus) ac proinde firmitatem habent &

Rom 11.

stabilitatē. Cuius rei veritas in fide catholica, & catholica Ecclesia, in primis elucet : quæ præterquam quod ad Apostolos ipsumq; Christum suam refert originem, habet in super suæ indefectibilitatis (vt loquuntur Theologi) promissionem prorsus infallibilem. Omnibus illud in confessio est, quod deficere Ecclesia non possit ; vt necesse non sit, rationum momentis hoc astruere. De suis igitur opinionibus, cùm nulli vñquam hæretici docere potuerint stabiles esse, aut quod deficerent nequiverint; non est vnde de vero Christi Euāgelio, veraq; fide possint gloriari: sed quod hæreticis omnibus solenne semper fuit, vt ex seipsis nascantur, & seipso paulo post consumant, & cōficiant; id huius quicq; temporis Nouatoribus & Reformatoribus breui euenturum, non est cur ambigere debeamus. A Lutheranismo exemplū sumat Illust. Celsitudo Tua. Nónne inde omnis nouationis huius processit initiū? Nónne à Luther, Caluinus, Beza, Menno, sua virulenta dogmata magna ex parte suxerūt? Nónne ante Caluinianam natam hæresin, qui à catholica deficiebant Ecclesia, omnes dicebantur, & erant Lutheiani: & cum Caluinismus postea innotescere, simul & inualescere cœpit, nónne longe maximā Lutheranicæ doctrinæ partem cum Caluinismo contentientem retinebant, qui Caluini perfidiā sequebantur? Proximus à Lutheranismo, ad Caluinismū gradus est, & ab hoc ad Anabaptismum. Hoc ordine sensim apud oēs ferè defectio processit. Cùm ergo in summis capitibus aduersus Catholicā Ecclesiam tam Anabaptiste, quam Luther-

therani, & Caluiniani conspirent; & omnes impugnent nouæ legis sacerdotiū, altaris sacrificiū, Pœnitentię Sacramentum Cœlibatum Sacerdotum, monachatū, Sanctarum imaginum cultum, inuocationē Sanctorum, Indulgētiarum vsum, fidem purgatoriij ignis, & doctrinam iustificatiōnis, ac operū merita (quę omnia Lutherō accepta ferri debent) Nonne iniuria afficiunt primū illū suæ defectionis Patriarcham, si ab illius nomine, Lutherani nunc, aut Martiniani dici nolint, sed vel Reformati, vel Caluiniani, vel Mennonistę? Scio e quidem hoc astu id ab eis fieri quod videant merū illum Lutheranismū sensim labascere, ac pro pœmodum iam euauisse: sed nō est, quod de suo Caluinismo aut Anabaptismo aliud sibi persuadeant. Hæreses omnes temporariæ, caducæ, in arena ædificatæ, & suapte sponte cadentes. Ideo ergo reformatæ religionis inuenta appellatio, vt deficiētibus auctorum illorum nomenclaturis, lógioris ætatis duratio, ex titulo illo spe retur. Sed hoc, vt dixi, frustra sibi illi pollicetur. Qui se olim Catharos, id est puros, qui Apostolicos, qui Euangelicos, qui Flagellantes nominaverunt; nōnne euanuerūt omnes in cogitationibus suis? Idem prorsus erit reformantium Puritanorum, & Reformatorum exitus. Nouitia nomina quantumuis speciosa, nouitię fidei ad seducendū imposita, velamenta sunt falsitatis, & cum fidei ipsa concidunt. Nouitia quoq; fides, quocunq; tādem nomine vestiatur, diu subsistere nequit. Sed quæro iterum: Reformata ista religio, quibus limitibus, ac terminis circumscribitur? Illāne sola

reformata quam docuit Caluinus? an etiam illa
quam Lutherus & Menno docuerunt? Si mutua
hic oboriatur æmulatio (vti indies fieri notissi-
mum est) si Caluiniani hanc alijs inuidet glo-
fiæ, & ad se solos reformationis nomē velint per-
tinere: si vice versa Lutherani, eiusdem illius ho-
noris audi, & ipsi soli reformatores dici, ac habe-
ri velint: si etiam contendant Anabaptistæ, quo-
rum ingens quotidie è Luthero nata turba accre-
scit, quis hic cōtroversiæ huius exitus poterit ha-
beri? Et cum hæc reformatæ religionis nuncupa-
tio, ætate multo inferior sit Luthero, Caluino, &
Mennone, ac non nisi ab annis circiter triginta
vsurpari cœpta; quæro, an nondum exorto Cal-
uinismo, Caluinistarū iudicio verè reformauer-
it, an non reformauerit Lutherus? Si reformau-
it, ergo prima illius reformationis laus Luthe-
ro, non Caluino debetur: & ille reformatorum
Princeps habedu: quod Caluiniani qui à Luthe-
ro plurima mutuati sunt, & consenserter cum
illo docuerunt, non videntur posse negare. Sed
contendet Caluinianus (qui in multis etiam à Lu-
thero dissentit) sibi etiam reformationis huius
partes aliquas deberi: quemadmodum Caluinū
ipsum, non hoc momordit, quod Lutherus, Eli-
as; sed quod ultimus Elias vocatus esset; sacrilegæ
temeritatis hoc esse dicens, quod sic vocaretur.
Non enim Eliæ laudem Luthero inuidebat Cal-
uinus, sed ultimi Eliæ: quasi (inquiens) non pos-
set Deus vel parem, vel etiam maiorem Lutherum
Eliam fuscitare. Lutherus ergo, illorum etiam
iudicio, omnis reformationis auctor agnoscendi
bet, 82

bet, & post hunc Caluinus. Sed neque Menno-ni-stæ excludi volent: qui & ipsi reformationis lau-dem simul & nomen, parū cū Lutheranis & Cal-uinianis, iure sibi possunt arrogare. Si ergo om-nes reformatores, quārō igitur, an in illis etiam partibus doctrinarum fuarum, religionē refor-mare cēsendi sunt, vbi inter se de facramento cę-ne, de Baptismo, ac alijs non paucis, irreconcili-abili disfido digladiantur? Quis non videat, va-na, stolida, & de lira esse quæ intulsi illi homines, sub illo reformationis eleganti, ac venusto ou-tum indumento comminiscuntur, & obtru-dunt?

Si quis ergo veritatis ac rationis sensus Noua-toribus illis inest; fateantur necesse est, fidem i-psam nō sic posse reformari, vt aliquid ipsi eius-que integratati vel detrahatur vel adiçtetur: sed omne illud quod fide apprehendendū fuit, ad fidem semper pertinebit: quod nō fuit, non est quod futurum putetur. Sed reformari fortasse intelligent aduersarij non ipsam fidē, quę immu-tabilis est; sed vitam & mores fidelium. Defeca-tiorem ipsi suam iactant ecclesiam quam nostra sit: cūm nihil illa impurius, nihil sit inquinatus, siue reformationis autores, siue spectētur ij qui placita illorum sequuntur. Et quænā vitæ inte-gritas aut morū reformatio speretur apud illos, vbi docetur, præter infidelitatem, nullum esse a-llad peccatum; reliqua quæ putātur peccata, Deū ipsū habere autorem (quod docuit Caluinus) qui non tantum fieri illa permittat, sed in iphis hominibus efficiat ac operetur: ideoque furta,

homicidia, adulteria, sacrilegia, & (vno verbo) omnia peccata, Deo vt autori esse imputada: adulteria quoq; non solum torum & tori vsum, sed & matrimonij nexum dissoluere? Nónne hoc est ad omnem vitæ licentiam & flagitia omnia viam aperire? Illáne defœcata religio? si Deus autor est flagitiorū quomodo erit vindex? si Deus ad peccandum me impellit, vt quid ego iudicabor aut puniar? Nónne illa sunt prava colloquia quæ bonos mores corrumpunt? Aut ergo ferreum & ligneum, aut nullū esse Deum credunt, qui sic corrupti & abominabiles facti sunt in iniuritatibus suis; quorum gutturi est vt patens sepulchrū, qui linguis suis agunt dolosè, & quorum os maledictione ac amaritudine plenum est: & cùm hæc omnia admittant, ipsi nihilominus tanquā innocuij & insontes in ipsum Deum omnem suę malitię reatum cōiiciunt. Hoccine est reformare, ad Epicuri fordes & Atheismum homines ducere? Clericorū & Sacerdotum concubinatum catholica damnat Ecclesia: Illi probat: ac vt rem plausibilem faciat, adfingunt illi matrimonij titulū? & eiusmodi homines, qui castitatis lege adstricti, à coniugio impediuntur, iubent Deo datam fidē irritam facere. Ac vt multo amplius persuadeant quod re ipsa profitetur, aiunt continentię legem, ipsamq; adeò Dei legem omni seruatu impossibile esse; solam fidem iustificare, solam sufficere & ducere ad salutem. Scilicet è doctrina rā religiosa & tam reformata eradicabuntur vitia, pullulabunt virtutes. Inde tam probus, tā reformatus, & ad intemperantiam omnē tam effusus fuit

fuit Martinus Lutherus, ut præter delicias alias, integrum vini dulcis sextariū, in prandijs & cœnis singulis quotidie exhaustiret. Inde scripta illius non aliud fere quam lenonū, helluonum, lurconum & scurrarum fordes redolere conspiciuntur. De Caluino & Beza quid attexam? Illi duo nobiles viri, regni Franciæ ecclesiæ primi inuaserunt, & sub obtentu pietatis, avaritiæ suæ seruientes, è solis Turonensibus ecclesijs duo milia marcarū argenti & mille auri marcas conflauerunt: opulentissimos illos thezauros, à Christianissimis Franciæ Regibus diuino cultui & Basilicis illis consecratos ad priuata sua commoda conuententes. Caluinus quoq; qui spurcissimam & abominandam duxit vitam, post catamidiationem, & infamis note insigne, turpi exilio multatus est: Beza verò à sacrilegio tantum, sed & ab adulterio fœdissime notatus. Isti sunt Reformantiū & Reformatorum progenitores. Tales & illi Ministri; à quibus in hodiernum usq; diem hæreses propagantur. Homines corrupti mente: quorū, ante fidei naufragiū, scelesta & sordida erat vita: sicut & illorum fere vita fuit qui aure dant pseudeuangelio: Dilexerunt homines tenebras magis quam lucem: Erant enim mala opera eorum. Omnis enim qui male agit, odit lucem. Ita in E. *Ioh. 3.* uangelio Chr. *10.* Et verè sic se res habet. Nam qui bonorum operum lucem auersantur; ab operibus tenebrarum quibus se dedūt, Deo vindicante, in ulteriores semper tenebras prolabuntur: & ad extremum ipsissimam catholicæ veritatis lucem, hoc est catholicam fidem prolixiunt atq;

tunt. Sed inter omnia crimina, nihil tam familiare hæreticis, atq; in turbam agere populu, & contra legitimum Principem ad perduellionem mouere. Exemplò sunt omnes istæ cum Hollandis confederatæ prouince; vbi sola hæretis populos ad bellum & capiendum arma protrusit. Eramus quieti antea & nos; & omnes conterminæ prouinciae. Hæreti inualescente, max bellum in Deum & lacra omnia, tum in Principem etiā moueri cœptum. De fastu hæreticorum quid adda? Nonne omnes & maximè hæreticorum Duxes, priuatum suum iudicium, Ecclesiæ, totiusq; antiquitatis iudicio anteponunt? Nomina deinde quibus seipso appellant, nonne omnia superba? Alij le Protestantes, alij Euangelicos, alij Reformantes vocant: Luthero verò Patriarche suo, ultimi Eliæ nomen imposuerunt; quod illi inuidisse Caluinum iam antea diximus. Si Lutherus aut Caluinus, ultimus filias, quem ergo locū das bimus ipsissimo Eliæ, qui extrellum Christi ad iudicium aduentum creditur præcursus? Non nisi duos dominicos aduentus diuinæ literæ agnoscunt: priorem Baptista annunciauit, posteriorem præcedet S. Elias Thesbytes: Quod ergo præcursionis officium Luthero dabimus vel Caluino? Si neutri aduentui Christi, præcursio nis officium præstabunt, non igitur Eliæ, sed Pseudoeliæ attribuenda illis appellatio. Et recte Dass. II. Pseudoeliæ, qui Pseudochristū, hoc est Antichristum prænunciant, qui sanctuarium profanant, qui ponunt abominationem desolationis, & iuges sacrificium auferre moliuntur: quæ omnia in sum-

summo gradu Antichristus exequetur. Compatrionem quoq; cum Antichristo habent Lutherus, Caluinus, Menno, & quotquot huius temporis sunt sectariorum ministri; quia se ad prædicationis & doctrinæ ministerium, nec missi ab aliquo, nec iussi, angerunt; sicut Antichristum facturum, Christus apud Ioannem prædictum hisce verbis: Ego veni in nomine Patris mei & nō accepisti me: si alius venerit (de Antichristo hoc dixit eiusq; præcursoribus Pseudoelijs) illum audiatis. Mirum ergo inueniri homines quibus ita pruriunt aures, ut huiusmodi magistri os, qui sibi ipsi docendi autoritatem arrogant, præalijs omnibus audire malint sed uenient quam duci, errare & labi, quam rectis passibus ingredi. Deinde sic ut missionis nulla penes ipsos certitudo est, ita prædicandi docendique ratio diuersissima ab illa, quam Iohanni Baptista, in spiritu & virtute Eliæ venturo, Angelus Gabriel attribuit: nempe quod corda patrum conuersurus esset iu filios, hoc est (quemadmodum B. Hieronymus Malachiam enarrans explicat) quod aberrantes deuantesque filios ad prudentium & fidelium patrum fidem iustitiamque reuocaturus esset. Hæretici nihil minus quam hoc faciunt: sed è contra, inuersa rerum scena, summo studio, à patrum semitis filios abducunt. Et hic proprius hæreticorum genius est; qui ad subuertendos catholicos sua semper arma conuertunt. Non enim mittuntur nec seipso conferunt ad paganos, vt ad Christi fidem eos perducant: neque colligunt Ecclesiam, sed collectum D E I populum in studia contraria distrahit. Ideoque studium illo-

rum nihil minus quam Apostolicum dicitur debet.
ibro de pra- Apostoli enim (sicut docet Tertullianus) de mori-
scriptionibus. tuis viuos faciebant, isti de viuis mortuos faciunt:
 Apostoli in omnem terram egressi, Christi Ecclesiam & cœtum fidelium congregauerunt, hi congregata dispergunt. Negotium est hæreticis (ait Tertullianus) non Ethnicos conuertendi, sed nostros euertendi; hanc magis gloriam captantes, si stantibus ruinam, non si iacentibus eleuationem operentur. Non ergo seminant verbū Dei, sed supersemināt; ut quod prius seminatum est, suffocent ac perdant. Sunt deniq; in illo etiam hi Pseudoeliæ Antichristo persimiles; quia ut ille rerum omnium in melius reparationē ac redintegrationem promittit; sic hi Ecclesiam Christi, eiusq; fidem reformaturos se & ad Apostolicum nitorem reuocaturos pollicētur: Sed quod arrogans ac mendax sit illa siue nominis Eliæ, siue reformatæ religionis usurpatio; nec sapiat Euangelicum spiritum, magni illius Baptiste exemplum nos edocet: qui etiā à Gabriele Archangelo testi-

Luce¹. monium haberet, quod venturus esset in spiritu
Mattib. II. & virtute Eliæ, & insuper à Christo, quod esset Elias, an esset tamen, à Sacerdotibus & Leuitis interrogatus, esse se negauit. Euāgelicum hoc erat,
 & modestiæ Euangelice responsum, vt qui spiritu & virtute talis erat, esse se tamē negaret, de persona intelligens. Hæretici autem plane contrario spiritu ducuntur, & cùm à nemine diuini aut propheticis spiritus testimonium habeat, ipsi se quod non sunt, esse configunt, & fallacibus titulis falsos honores aucupantur. Siue ergo morum, siue
 ipsius

Ip̄fius fidei reformationem promittant h̄eretici,
 vana est & fallax persuasio. Sed illi ad fidem ma-
 gis quam ad mores spectare mihi videtur , quan-
 do religionis sibi arrogant reformationem. Fidē
 igitur accidentunt & mutilant: nec animaduertunt
 eum qui plus minusve credit quā credere oport-
 eat(hoc est, qui fide suscipiendum afferit quod
 Suscipiēdum non est; aut quod est, esse negat) ve-
 ræ fidei exortem esse. & infideli esse deteriorem.
Ab illa igitur fidei truncatione(de qua etiam an-
 tea locuti sumus) quam ipsi reformationem vo-
 cant, ad atheismum huius maximè temporis hæ-
 reles ducunt. Indu'gentiarum fidem à catholica
 primum fide detraxit, Lutherus; inde progressus
 est ad satisfactionem, ad purgatorium, ad cultum
Sanctorum & sacrarum imaginum usum; postea
 è numero Sacramentorum duo, tria, quatuor,
 quinq; sensim sustulit. Nec defuerunt qui sacro-
 sanctæ Trinitatis fidem temerare ausi fuerunt.
Arrianismum suscitavit impijissimus Erasmus,
Arrianos negans h̄ereticos fuisse, & solius schismatis
 eos insimulās. Svvenckfeldius, filium Dei
 dixit esse creaturam. Illyricus tanquam Arrianus
 ab Academia VVittenbergenſi proscriptus est.
 Erasmus quoque & Caluinus, Trinitatis voca-
 bulum tanquam Ciceroni incognitum rejicien-
 dum docuerunt: Et idem ille Erasmus scripsit,
 Spiritum sanctum à nobis Deum dici; quod ve-
 teribus fuerit inauditum. Hoccine est fidem re-
 formare? Nam si tollitur cōfessio Filij Dei, & Spi-
 ritus sanctus cum Macedonianis, Deus esse nega-
 tur, hoc solum supereft, vt etiam Pater negetur;
 & dicat

& dicat insipiens in corde suo, Non est Deus.

Hæc de Reformatis & Reformatoribus: Ad Hl. Tuam Cell. nunc me conuertere, eamq; ad B. Augustinum, clarissimum & acerrimum fidei catholicæ propugnatorem ducere volo: cuius doctrinam simul & exemplum ut ad imitationem te prouocem libenter in mediū adfero. Ille, et si in hæresi Manichæa educatus esset, magnis & cudentibus argumentis à B. Ambrosio ad fidei catholicæ lucem perductus, in ea perstinxit; & collata sibi à Deo eximia naturæ dona, ad Dei solius laudē, suamq; & aliorum salutem conuertit Exemplum imitare. Habes & tu (vt multi asserunt) naturæ nō contēnenda dona; quæ si ad usum ecclesiæ & salutis tuæ transferre velis, et si in hæresi infeliciter enutritus, sarcire poteris damnata quæ huc usque, & tibi ipsi, & fidei catholicæ intulisti. Noli post tergum proijcere quæ scribo. Expende quid Augustinum ad ecclesiam nostram (à qua antea alienus erat) traduxerit, quid in ea quoque retinuerit duo è multis adferam loca. Alterum è libro de utilitate credédi ad Honoratum: quem librum vehementer tibi ad manum esse optarim & diligenter perlectū: alterum è libro contra epistolam Manichæi quam vocant Fundamenti.

Aug. ea. i. lib. ad Honoraū de uil. cred. Primum igitur in exordio libri ad Honoratum, distinguit Augustinus inter hæreticū hominem & eum qui hæretico credit: inter hæc duo plurimum asserens interesse: & hæreticū quidem esse illum, qui alicuius commodi temporalis, & maximè glorię principatusq; sui gratia, falsas ac novas gignit vel sequitur opiniones. Illum vero

qui talibus credit, hominem esse dicit, imaginacione quadā veritatis ac pietatis delusum. In posteriori hoc ordine pono Illust. Tuam Celsitus quæ fidem adhibet ijs qui pietatis & veritatis speciem præ se ferunt, sed virtutem abnegat: qui vestimentis ouium, vti diximus, tecti, intrinsecus sunt lupi rapaces. Quid mirū in Illustri viro, qui ab infantia sic edoctus, & à catholica fide alienus, nullum adhuc veræ fidei gustum habuit, nec rationum momenta, quibus ea sustinetur, ac traditur, vñquam intellectus: cuius ab educatione præua, excusabilius est error, quam sit illorum, qui scientes, volentesq; denauerunt? Ut ergo à B. Augustini magisterio edoceri possis, Illustrissime Comes, & exemplū sequi; hortor in primis, vñfusa ad Deum humilioratione, diligenter inspirias, quænam illa sint, quæ Augustinum in Ecclesia catholica retinuerūt. Is igitur in libro ad Honoratum capite decimo septimo hæc habet verba; Dubitabimūsne nos in eius Ecclesiæ condere gremio, quæ vsq; ad confessionem generis humani ab Apostolica sede persuccessiones Episcoporum, frustra circumlatrantibus hæreticis, culmine autoritatis obtinuit? Per successiones (inquit) Episcoporum, quales hæretici nullos agnoscunt. Quorum nam verò Episcoporum? Explicat hoc Aug. t. 1. ep. Fundam. e. 1. Nichæi, quam Fundamenti vocant, libro, vbi sic loquitur: Multa sunt, quæ in Ecclesiæ gremio iustissimè me tenent: Tenet consensio populorum atque gétium: tenet autoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate audita, vetustate firmata.

Teneat

Tenet ab ipsa Sede Petri Apostoli (cui pascendas
oues suas post resurrectionem Dominus com-
mendauit) vsq; ad præsentem Episcopatum suc-
cessio Sacerdotum. Illorum igitur Episcoporu
intelligit successionem Augustinus, qui Petrum
Apostolum in Episcopatu, cōtinua serie sunt se-
cuti; Linus, Cletus, Clemens, & ex ordine alij; Se-
derant illo tempore, quo hæc scribebat Augusti-
nus, plus minus quadraginta Romani Pontifices:
Et tantilli temporis successio, in Ecclesia illum
potuit retinere? Quid ergo si illam Pontificum
lineam ad hæc vsq; tempora perductam, & con-
catenatam vidisset; quanto amplius & indubita-
tius in ea fide, & Ecclesia persistisset? Non est hu-
manæ virtutis aut prouidentiæ, quod potentissimi
Imperatores, Nero, Domitianus, Traianus,
Antonius, Seuerus, Maximinus, Decius, Valeria-
nus, Aurelianus, & Diocletianus cum Maximini-
ano; qui in delendis vrbibus, subuertendis arcii-
bus, domandis & subiugandis gentibus validi,
potentesq; fuerunt; aduersus hanc Cathedram;
quæ sola fide & patientia contra omnia illorum
studia armata erat. & cuius pene omnes Pontifi-
ces vsq; ad Siluestrum martyrio affecisse legun-
tur, non potuerunt præualere. Mactabatur Pon-
tifices alij post alios, & séper nihilominus Episco-
poru successio procedebat. Cessante deinde Ty-
rannorum illorum persecutio, hæreses pene
innumerabiles eandem illam Cathedram impu-
gnauerunt: sed ipsa vicit, & condemnauit omnes:
vt rectissimè propterea dicat Augustinus; ab illa
nde, frustra circumlatrantibus hæreticis, culmè

autho-

autoritatis in ecclesia permasisse. Cur igitur du-
 bitabit quispiam, in hac se ecclesia, & sub illa ca-
 thedra condere, quæ sicut de Tyrannis, & prisci
 temporis hæresibus omnibus triumphans, huc
 usq; stetit & permanet inuidæ; ita proculdubio
 de Lutherañorū, Caluinianorū, Mennonistarum
 omniumq; Reformantium fecibus, eorumq; ex-
 exercitibus breui admodū (Deo largiente victoriā)
 triumphabit: quod inde manifestè conuincitur,
 quodhęc sit illa ipsa cathedra quę sola anteriores
 hæreses omnes stravit & condēnauit. Et quidni
 triumpharet? quæ pro fundamento habet sum-
 mū electum, probatum, & angularem lapidem
Christum, qui & à ruina, tot iam annorum centu-
 rijs cathedralm illam conseruauit, & suis hostibus
 reddidit superiorem. Impossibile alioqui erat, si
 humanis viribus fidendum fuisset, cathedralm v-
 nam, inter tot hostes, per annos prope mille sex-
 centos, sine exterminio subsistere potuisse. Aliæ,
 inferioris ordinis Episcoporū cathedralæ surgunt
 & cadunt: sed vna illa, quæ suprema est, ab omni
 ruina & ruinę periculo. Deo protegente, inexpu-
 gnabilis est. Porro in alijs quoq; sedibus, diuinæ
 prouidentiæ adscribi debet, quod per multa an-
 norum curricula conseruantur. Ultraie & tina Se-
 des, quæ per utramque Fritiam, Transiselaniam,
 Geldriæ partem, Hollandiam totam, totamq; Zelandiam antea protédebat, ante nongentos
 annos, p̄imū suum habuit Archiepiscopū VVi-
 librordum, qui à Rege Pipino, ad Sergium Pon-
 tificem Rōmam missus, ac ab eo in natali, & Basí-
 lica Sanctæ Cæciliæ, anno sexcentesimo nonage-

Simosexto consecratus, ad fundādam ecclesiam
 Traiectensem, & ad verbi Dei prædicationem
 missus est; quem tanto in pretio Pipinus Rex ha-
 buit, ut Traiectensem, eique adhærentes ciuita-
 tes, & loca omnia, regali donatione, VVilibror-
 do, ipsiq; Episcopali cathedræ contulerit: & ab
 illo deinceps tempore, in eadē cathedra, alij sem-
 per secuti sunt Episcopi, vsq; ad nuper defunctū
 Fridericum à Tautenborch Catholicum Ultra-
 iectensem Archiepiscopum: qui illo tempore, quo
 iconomachica rabies per Lutheranos, Caluinia-
 nos, & Mennonistas Belgium inuasit, pro cultu
 sanctarum imaginum, et si breuissimnm erudi-
 tū tamen, & catholicum edidit libellum. Vbi nūc
 sedes sunt reformatorum, à Caluino Genevæ, &
 à Luthero V Vittenbergæ erēcta? Nonne omnes
 nouitiae & vix natæ? Catholici in illis antea fede-
 bant Episcopi, qui suam originem ad ea vsque
 tempora deducebant, quibus Christi fides illis in
 locis primum fuerat prædicata. Quo iure alienas
 ipsi sedes inuaserunt? In quos recte illud Optati
 congruit; Filij sine patre, tyrones sine Principe,
 discipuli sine magistro, sequentes sine antecedē-
 te, inquilini sine domo, hospites sine hospitio, pa-
 stores sine grege, Episcopi sine populo. Tales v-
 tique in ipsis suæ defectionis initijs Caluinus &
 Lutherus, ac alij omnes Hæresiarchæ fuerunt; et-
 si postea multos sibi asseclas, multosque discipu-
 los cōparauerint. Cōgruit in eos & illud Tertul-
 liani, in hæreticos oēs pariformiter dictum: E-
 dant origines Ecclesiarum suarum, euoluant or-
 dines Episcoporum suorum, ita per successiones
 ab in.

pta. I. 1. cont.
armen.

Libro de pre-
scriptionibus.

ab initio decurrentes; ut primus ille Episcopus,
aliquem ab Apostolis, vel Apostolicis viris haec
buerit auctorem & Antecessore. Nunquam hoc
poterunt Reformatores; nūquām se pēr tempora-
rum interualla, vel Christi Apostolis, vel Apo-
stolis illis qui in qualibet prouincia Christi fidē
primi fundauerunt ac plantauerunt coniungēt;
aut suum stemma ad illas vnde perducent. Cha-
os maximum interiacet; ut hī qui volunt hinc ad
Apostolos sine medio transire, non possint; ne
que inde hoc transmeare. Distantia nimis longa
est à mille sex centis annis, vel certe à nōgentis
(hoc est à D. V Vilibrordi temporibus) non pos-
seab illa temporis parte doctrinam suam doctā;
aut traditam demonstrare: sed ab Apostolis per
longissima temporum spātia, ad Caluinum, &
Lutherum sine medio transilire debere. Quum
Christi genealogiam ab Abraham, & Dauidē
deducere vellet Euangeliſta, nōne debuit inter
medios recensere, vt certitudo generationis de-
mōstraretur? Quod nīſi in omnibus genealogijs
fiat, nō creditur tale esse stemma, quale affertur.
Secura igitur illa credendi ratio, quam secutus
est Augustinus, vt in ea Ecclesia sibi duxerit per-
manendum, in qua stabilem illam Episcoporum
successionem obseruabat: erronea verò & fallax
illa, vbi nulla talis successio conspicitur; sed mox
ab Apostolis ad huius temporis Reformatores,
absque interiectione illa eorum qui itnercesser-
int descendit. Sed Augustinum nostrum, etiā
nomen catholicæ in hac ecclesia retinuisse idem
ipse testatur; Tenet me postremo inquit ipsum

Manib. i.

Cont. epi. Fu-
damēti. c. .

Catholicenomen; quod non sine causa, inter tam
 multas hæreses sic ista sola ecclesia obtinuit, vt cū
 omnes hæretici se catholicos dici velint (hoc est
 optent sibi illud nomen usurpare) quærenti ta-
 men peregrino alicui, vbi ad Catholicam perue-
 niatur, nullus hæreticorum vel basilicam suam,
 vel domū audiat ostendere. Catholicā igitur do-
 trina illa est, quæ vbiq; locorum, & omni etiam
 tempore docta fuit. De sua hoc Reformatores af-
 firmare nequeunt; cum nequeant demonstrare.
 Et ideo Calvinus, qui se à vetusta fide, ac doctri-
 na recedere optimè sciebat; etsi agnosceret, ora-
 tionem pro mortuis, satisfactionem, adorationē
 Eucharistiae, usum chrismatis ac alias ecclesiasti-
 cos ritus, apud veteres reperiit, impudenter ta-
 mē dicere ausus fuit, illos à temporibus Aposto-
 lorū in varios mox abreptos fuisse errores: ip-
 samq; Christi ecclesiā rubigine mox ab initio ta-
 etam fuisse, nec pro regula esse habendum, quod
 antiquitus factū fuit. Qnām abominandæ voces
 illæ? Quantus ille fastus? sic ab antiquis semitis
 scienter volenterq; declinare: Quomodo potuiss-
 et ille Catholicam docere doctrinā? Quomodo
 eam ab Apostolis deriuare, qui neminem post A-
 postolos audit, sequitur aut imitatur? Recitè ergo
 Augustinus in illo aduersus Epistolam Funda-
 menti libro, hæreticos omnes hisce verbis allo-
 quitur; Ista tot, & tanta, quæ dixi, Christiani no-
 minis charissima vincula, recte honestem tenent
 credentē in Ecclesia catholica. Apud vos autem,
 vbi nihil horū est quod me inuitet ac teneat, so-
 la personat veritatis pollicitatio: quæ quidem, si
 tam

tam manifesta monstratur ut in dubium venire non possit præponenda est omnibus illis rebus, quibus in catholica teneor. Si autem tantummodo promittitur & non exhibetur, nemo memouabit ab ea fide, quæ animum meū tot, & tantis necessibus Christianæ religioni adstringit. Scio hic dicturos Reformatores, despere Augustinum, qui vinculis illis, quibus catholicæ se ecclesiæ adstrinxit, non adnumeravit scripturā sacram hoc est verbum Dei, & verbū Euangeliū, quod super alia omnia eminere videtur. Nihil certius, nihil solidius, nihil cōsummatis, nihil verbo illo diuinius. Illi ergo insistendum; alijs omnibus quæ ab August. commemorata sunt postpositis, ac rejectis. Hoc est quod heretici semper in ore habent & vnde innocentium corda seducunt. Scripturā 2. Pet. 1. diuinam, quis nesciat pondus habere, quā Spiritu 2. Tim. 3. sancto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines: de qua etiam alio in loco dicit Paulus Apostolus; Scripturam omnē diuinitus inspiratam, utile esse ad docendum, ad arguendum, ad corripiendū, ad erudiendum, in iustitia; ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus? sed quid agendum, si in difficiliora scripturæ loca inciduntur, quorum vel non satis obvia sit sententia, vel quæ indocti, & instabiles ad suam ipsorum perditionem depravant? Exemplum ponamus in verbis Dominice cœnæ; Hoc est corpus meum: quæ catholica Ecclesia planissimè in eam sententiam intelligit, quam verba ipsa præ se ferunt, & significant, Alij ad exoticos trahunt sensus, tata expositionum varietate, ut scribat ipse Lutherus in libro

bro cui titulum inscripsit. Quod verba cœnæ adhuc firmiter stent, suo tempore decem fermie de verbis illis suisse opiniones. Alius verò qui ab anno prope viginti prodijt liber, ducentas de iisdem illis verbis hæreticorum enumeret deprauationes. Quis igitur cōtrouersiæ huius arbiter statuetur? Nam scriptura muta, & in tot distracta sententias, de seipso iudicare non potest: interim vero omnes illi contentiofissimè inter se decertant & singuli suam genesiam, & germanam esse scripturæ sententiam contendunt. Nemo alteri cedit, omnes vero à se stare dicunt veritatem. An ergo hic locū habere debebit, quod in illo aduersus epistolā Fundamēti libro scribit August. Ego scripturæ non crederē, nisi me ecclesiæ cōmoueret autoritas? Quid hic dicturi Reformatores? Vtique dicent blasphemā esse illam Augustini sententiam, qua ecclesiæ de scriptura iudiciū attribuit. Et tamē fieri aliter nequit, si illis, quæ de scripturæ genuino, vel adulterino sensu mouentur, cōcertationibus finis aliquando est imponēdus, & abrumpenda controuersia. Nam propterea ab Apostolo, Ecclesia dicta est columna esse & firmamentū veritatis; ut illius autoritate, quicquid de scripturis, earumq; sententia subnascitur controuersiarum, consopiatur termineturq;. Propterea quoque Lex Deuteronomij, in arduis & difficultibus, adiri iubet sacerdotes, & supremū maximè hoc est, ἡγεμόνικον Pastorem: hunc esse audiendum, ut qui iudicaturus sit iudicij veritatē: Et facies, inquit, quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegit Dominus, & docuerint lu-

*ug cont. epi.
endam. ca. 5.*

*Tim. 3.
Deuter. 17.*

xta legem eius, sequerisq; sententiam eorum: Nō declinabis ad dexteram neque ad sinistram: Qui autem superbierit, nolēs obediē Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo; ex decreto Iudicis morietur homo ille: & auferes malum de Israhel: cunctusq; Israhel audiēs, timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia. Aduersus hæreticos hoc est dictum; qui superbiæ spiritu pleni, ab Ecclesiæ Catholice sensu, & à cœtu quoque fideliū recedunt: & sibi ipsi noua cūdunt & recudunt opinionum dogmata; ea-qué alijs credenda proponunt. Scio aduersarios hic dicturos, non nisi ad prisci temporis homines, illud Deuteronomij præceptum pertinuisse, qui sub elementis mundi seruiebant: nunc verò sublatis vmbbris & figuris detectis, quando quæ abscondita prius erant reuelata sunt mysteria; nihil opus esse ut Christiani cautione aliquia aduersus ambigua & difficilia præmuniātur. Sed si tam perspicua nunc & dilucida omnia, vnde ergo tam multæ de fidei mysterijs enatæ controuerſiæ? Et quidem illæ, quæ de sensu scripturarum sanctorum à Luthero & Calvino motæ nuper fuerunt: illis ipfis inter se quoque de genuina illarum sententia acerrimè digladiantibus? Cur dixit Petrus Apostolus, in ipsis etiam Pauli epistolis quædam esse intellectu difficilia, quæ indocti & instabiles ad suam ipsorum perditionem deprauant? Habuit lex vetus scripturam suam; sed multis in locis ambiguam; & quæ in aliam atque aliam trahit posset sententiam. De scriptura nota, quod

multis in locis difficultas ac ardua sit, & in varias possit detorqueri sententias, hereticorum inter se & cum Catholica doctrina concertationes manifestè demonstrant. Si ergo cautio olim debuit adhiberi, nonne & nunc debuit? quando ab ipso mox nascentis Ecclesiæ exordio, & consequenti bus deinde seculis, tot è scripturis perperam intellectis excitatæ semper hereses fuerunt. Dirimi alioqui controuersia nequit, si de scripture sensu multis inter se contendéntibus, nemo alteri cedat, nemo à suo se sensu dimoueri patiatur. Vnum igitur è duobus dicendum: vt illi qui catholici nobiscum esse aut sensum suū Ecclesiæ iudicio substernere nolunt, vel vnicuiq; liberum faciant, vt pro suo arbitratu ea tantummodo credat quæ credenda sibi proponet, & scripturam in eam trahat sententiam quæ ipsi probetur: hoc est, vt in his quæ fidei sunt, vnuquisq; in suo sensu abundet: aut certè, vt aliqui illorum sibi solis ac seorsum de fide definiendi eam tribuat autoritatem, quā alijs omnibus negandam putabunt. Si illud dixerint, & existimauerint permittendum, vt ij quibus sapit Caluinus, illum sequātur; ij quibus Lutherus, Menno, Brentius, aut alij falsitatis architecti. illorum probent sententiam qui recte ipsis sapere & scripturam sanctam recte intelligere videantur; dummodo à nostra tantum & catholica abstineant religione; nonne per hanc credetium & credendorum varietatem, Ecclesiam Christi, (quæ esse debet castrorum acies ordinata) in confusissimam Babylonem conuertent? Nonne sicut de vrbe Roma sanctus Leo pronūciat, quod ante Chri-

te Christianam à Petro & Paulo illuc illatam fidem gentilitiam nullam repudiabat perfidiam; sed gentium omnium seruiebat erroribus; ita de tali cœtu dici poterit, quod nullam hæreticorum perfidiam respuat? Omnibus ergo prisci temporis, & à catholica Ecclesia damnatis hæresibus fenestra aperta erit; vt è suis bustis reuocentur in vsum, si illius Ecclesiæ iudicium non suscipitur, quæ sola hæreses omnes damnauit. Nicolaitarum igitur errorem, Marcionitarum, Ebionitarum, Arrianorum, Sabellianorum, Macedonianorum Manichæorum, Flagellantum, aliasq; innumerabiles, iam olim sepultas ac damnatissimas hæreses, si quis è scriptura ad suam detorta sententiam resuscitare voluerit, quid impediat; quando pro suo iudicio de fidei doctrina, aut sacræ scripturæ intelligentia unusquisq; sentire & loqui sinatur? Nam si Lutherò in Caluinum, & Caluino in Lutherum agere licuit: si etiam Caluinianus pro Caluini sententia stare possit & damnare Lutherum, & Lutheranus vice versa Caluinū; quid nietiam cum Arrianis Marcionitis, Macedonianis aut Manichæis sentire illis licebit, quibus illorum probantur opinione? Si doctrinam Lutherus docere potuit, quam neq; à progenitoribus suis, neq; ab animarū Curatoribus, à Pastoribus, aut Gymnasiorum magistris didicerat; sed quam sibi ex depravato scripturæ intellectu ipse formauerat: idemq; postea ad eundem modum licuit Caluino, in illis maximè partibus in quibus à Lutherò dissentiebat; quidni alijs atq; alijs qui post sequuturi sunt hæreticis omnibus, tantundem

licebit? Sed fortasse non repugnabunt aduersarij: tanquam nihil inter sit, quid quisque de religio-
nis negotio sentiat: fortasse omnibus in sua fide
qualisunque tandem ea sit promittent salutem:
tanquam si adiaphora sint omnia quæ de religi-
one disputantur; & Academicarum more que-
stionum, problematica, incerta, dubia; semperq;
in hac vita talia futura: tanquam si in religionis
negotio permittenda probandaque sit talis op-
inionum pugnantia, qualis inter Stoicos gentiles
olim, Peripateticos, Academicos & Epicureos fu-
it. Politicorum hoc est, quos nescio an hæreticos,
an peiores hæreticis dicere debeam. Illi ad omne
se religionem inflectunt: nec referre dicunt,
cum impiissimo Machiauello, catholicæ fides
an hæretica obtineat persidia; dummodo recte
se habeat quies publica, frequentia sint mercimo-
nia, & opibus Respublica floreat: Quid tam à ra-
tione, tam à sensu hominis Christiani, à fide quo-
que & religione Christi tam alienum? Nonne
Sanctus Apostolus, sicut non nisi Deum vnum,
& vnum baptismum, ita non nisi fidem vnicam a-
gnoscij voluit? Et quæ inter Calvinum & Lu-
therum singi vñitas potest; de Dominica Cœna
asserente illo, quod hic pernegat & euertit? An
ergo pugnant, sibiique mutuo contradicentes
sententiae in vnam possunt fidem coalescere? Et,
si nihil interest, quid de Cœna Domini, ac alijs
religionis nostræ mysterijs credatur: si non in-
terest quoque, quæ qualisue de Baptismo opinio
habeatur; non est cur Anabaptistas & eos qui
næ baptisino moriuntur parvulos, Hæretici alij
à salu-

à salute excludant; aut cur vlli è priscis hæreticis
 damnari iure debuerint: & eo tandem res dilabentur,
 vt hæresis nihil esse putetur; nec vlli sint
 reputandi hæretici: ac vt frustrà Tito scribens
 Paulus vitari præceperit hæreticum hominem
 quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit,
 cùm sit proprio iudicio condemnatus. Hoc ergo
 cùm sit perabsurdum, nec ratione vlla dici aut
 admitti debeat, oportet vt posteriorem aduersarij
 sententiā amplectantur: hoc est, vt suā singuli-
 ta iactent fidē tanquā sola vera sit, & eos qui dis-
 sentiunt, à vero dicant aberrare: quod non est
 aliud, quam priuatūm suū iudicium veluti cre-
 dendi regulam omnibus constituere. Sed vnde
 prærogatiuam illam præ alijs sibi deberi com-
 probabunt: vt quod seorsum ipsi sentiunt, ab o-
 mnibus absque hesitatione tanquam purūm Dei
 verbum suscipi debeat? Nam si non nisi vnicā
 fides vera est; & hæc illa est, quæ in vnius aut
 plurium hominum animum cadit; necesse est e-
 os omnes, qui Deo placere & salui esse cupiant,
 vnam illam admittere & credere. Et quid hoc
 aliud est quam fidem in arena ædificare; si à sen-
 su humano, quem de ipfa scriptura diuina vnuſ
 aut plures homines sibi formant fidei veritas
 est definienda? Si dē verbis Cœnæ rectè sen-
 fit Lutherus, pereunt omnes Caluiniani: Si re-
 tē Caluinus, Lutheranorum certa perditio est.
 Vtri ergo dabitur prærogatiua? Vterque se scri-
 pturam ducem sequi dicit: quod vt semper di-
 xerunt, ita semper dicturi sunt hæretici. An er-
 go nūc demum scriptura legi cœpta est? Non est
 igi-

Ad Tit 3.

igitur lecta aut intellecta ante exortos Lutherum
 Caluinum, Mennonem? Si nunquam ante magi-
 stros illos intellecta est scriptura, omnes igitur
 qui nos ab Apostolis ad hæc usq; tempora præ-
 cesserunt à vera Christi fide exorbitasse dicendi
 sunt: nec quisquam illorum aut Deo placere, aut
 ad salutem pertingere potuit: quod sine fide im-
 possibile esse beatus Paulus ad Hebreos pronun-
 ciat. Quid? Quod confessionis Augustinæ archi-
 tecti; qui eam veluti Proteum quendam in vari-
 as formas inconstantissimè transformates, à pu-
 ro etiam Lutheranismo multis in partibus defe-
 cerunt; quoties ipsis usum fuit à Luthero dissen-
 tire, & suam mutare Confessionem toties in vni-
 uerso Christiano orbe fidem mutandam censue-
 runt, suam solam fidē pro vera & indubitata ha-
 beri volentes. In ipsis ergo discipulis suis primū
 naufragium fecit Lutherus. Quid inconstantius?
 si fides orbis vniuersi mutari toties debuit, quo-
 ties illis Confessionem suam in aliam atq; aliam
 libuit formam commutare: cuiusmodi inconstā-
 tia in ipsis quoq; Caluinianæ Institutionis, varijs,
 multumq; à se mutuo discrepatis editionibus
 relucet. Mirum profectò; si ab vnius vel pauco-
 rum hominum tam inconstanti iudicio, & quidē
 nunc demum in fine seculorum, Christianæ &
 Catholicæ fidei veritas petenda fuit: eaque hæte-
 nus adeò absconsa latuerit; vt nullū tempus post
 Apostolos proferri possit, quando id creditū fu-
 erit, quod vel Caluiniani, vel Lutherani, vel hæ-
 retici alij nunc credere se profitetur: Vides Illu-
 strissimè Comes in quas angustias hæreticorum
 typhus

typhus redigatur: qui sicut quod volūt credunt; ita quoq; scripturam eo trahunt quo trahendam ipsi iudicant: suumque descripturæ intelligentia iudicium, credendi normam omnibus esse volunt. Hæreticis omnibus in more semper hoc fuit; ut sint philauti & præsumtuosi: qui (sicut Augustinus dicit) non solum videntes, sed & Illuminati à Christo videri volunt: & cum fastu illo, obstinatissimam pertinaciam cōiungunt. Sichæreticos, Titum admonens, Paulus descripsit; vt *Ad Tit. 3.* delinquere illos dicat, subuersos esse, & proprio iudicio condemnatos: nempe hoc damnationi obnoxios illos reddit, quod reiecto vniueſ salis Ecclesiæ iudicio, priuatum suum de scripturæ intelligentia iudicium omnibus tanquam ipsissimam fidem arrogantissimè obtrudere nituntur. At vera Chritti fides indissolubili semper ne xu cum humilitate coniuncta est, nec diuelli ab ea potest. Qui ergo verè credunt captiuant intellectum suum in obsequium fidei: nec suæ quidquam industræ ac iudicio in explicanda scriptura tribuunt: sed audiunt ecclesiam, qua basis & columna est veritatis. Huic & suam fidem, & suū de diuinæ scripturæ sententia iudicium lubentes submittunt: sicq; ab omni præcipitis ruinę lapsu, hoc est ab hæreticæ prauitatis contagio illæsi seruantur.

Sed longius progressa est epistola quam volebam. Caritas protrusit, & amor veritatis. Finem igitur facio: & cum B. Augustini verbis quæ ad Honoratum ille scriptit, hanc claudio epistolam. Etsi ergo Comes Illust. docere non valco, mone

*Tract 45. in
Iohannem.*

*Aug. de vill
credo ad He
noratum, c. vii*

re te tamen non desino: vt quoniam multi sapientes videri volunt, neque vtrum sint stulti, di-
 gnoscere facilè est; omni intentione votisque o-
 mnibus genitibus denique, vel etiam si fieri po-
 test fletibus, Deum deprecare, vt te ab erroris
 malo liberet, si tibi beata vita cordi est. Quod il-
 lustri viro Honorato hisce verbis scripsit Augu-
 stinus; hoc & ego Illust. Tuę scribo Celsitudini:
 nec alio fine, quam vt te reuocem ad eam fidē,
 in qua parentes olim tui & maiores omnes in Ec-
 clesia catholica, à catholicis Ministris, ac Sa-
 cérdotibus, ritu etiam catholico, in Christo rege-
 nerati, eiusque corpori mystico per fidei catho-
 licæ sacramentum, hoc est, per baptismum inser-
 ti fuerunt. Et Tuę Illust. Celsit, nónne ad eundē
 modum in Ecclesia Bredana cùm Catholica ad-
 huc effet à nostri ordinis viro, cum inflummationi-
 bus, exorcismis & vntiōibus omnibus baptizata
 fuit? Catholica igitur Ecclesia omnes vos ex pa-
 ganis Christianos effecit: Hæc tanquam mater
 in Christo vos regenerauit, & beatæ vitæ hære-
 des adscripsit. Huic igitur Ecclesiæ Comes Illu-
 stris fidem debes & obedientiam; & falleris
 profecto, si hoc vinculum quod baptismatis sa-
 cramentū in te tuisque maioribus cōciliauit, dis-
 solui putas posse. Vnicum esse Baptisma, Deum
 vnum, & vnam fidem, ex Paulina ad Ephesios
 scripta epistola iam pridem didicisse te puto; &
 tria hæc iadiuiduo nexu semper debere esse con-
 juncta. Qui ergo baptismum nobiscum habes cō-
 muneris, nónne & Deum vnum & vnam candē-
 que debes fidem habere? Si ergo beata vita tibi
 cordi

cordiest, vel nunc postliminio redi ad eam si-
 dem, à qua post catholicum Baptismum per ma-
 lignam educationem ignorans excidisti. Ignorá-
 tia excusationi obtendi potest, & veniam mere-
 tur. Habes in Apostolo Paulo exemplū; qui blas-
 phemus antea, persecutor, & contumeliosus fuit:
 sed misericordiā Dei consecutus est, quia igno-
 rans fecerat in incredulitate. Qui errantē & per-
 sequentem sequutus es hactenus, deinceps sequen-
 te resipiscentē & pone animositatem illam, qua
 nouæ legis sacerdotium & Ecclesiam catholicā
 (cui Christianismum tuum tuamque in Christo
 debes regenerationem) huc usque es persecutus.
 Define in posterum in matrem tuam Ecclesiā ca-
 tholicam esse crudelis, define esse ingratus. Nulla
 huic cōparabilis ingratitudo; nulla impietas exe-
 crabilior. Stemmati tui hoc postulat generosi-
 tas. Clementiæ item tuæ hoc ratio exigit.
 Ut ergo tu quoque Deum erga te clementem
 aliquando experiaris, soluere debes istud impi-
 issimæ iniquitatis vinculum, quo confederatis
 Ordinibus te ipsum obstrinxisti simul & substra-
 uisti: exire debes de medio illorum, & separari ab
 ijs qui te illaqueauerunt; qui innexum & illigatum
 retinent ad suam ipsorum voluntatem. Veniant
 tibi in mentem illa, quæ è septem Machabæis fra-
 tribus, secundus, quintus, sextus, & maximè septi-
 mus, Tyranno, ac Iudici dixisse, in altero Macha-
 bæorum libro referuntur. Illa tibi metum salu-
 tarem (qui sapientiæ initium est) incutere pote-
 runt; & ad ulteriora deinde tuæ salutis consilia
 ducere. Nam ego quidem cur tibi succenseam
non

1 Tim. 1.

2 Cor. 6.

non habeo; sed hos carbones ignis (sicut meritō
debeo) congero in caput tuum ; vt vincam in bo-
no malū. Noli quæso , reluctari salutaribus mo-
nitis:noli aspernari hunc laborem . Per tuam te
salutem obsecro : Lege , relege epistolam quam
mitto:& si quid in me esse putabis. quod ad salu-
tem prodesse tibi queat; vtere, abutere. Pro meo
modulo nihil officij prætermittam, vel verbo v-
no interpellatus: nec definam quoque Dei misé-
ricordiam precibus pulsare (alijs quoque adhibi-
tis comprecatoribus) vt de corde tuo velamē au-
ferat Deus; & ab obliqua te ac distorta semita,
quam huc vsq; calcasti, in rectam te de-
ducat , & in viam salutis æternę.

Grauia Calendis Ianuarij,

Anno 1599.

F I N I S.